

*Confulo Artium mechanicarum contemptus. Vbi nonnulla huius argumenti.*

Agriculturam summo odio infectabatur Faustus Manichæus, quam tamen omnium artium innocentissimam nuncupavit. *Aug.* Ratio Manichæi erat, quod diceret, Agricolas violare præceptum Dei de non occidendo. Eo enim significati afferbat, ne ullum vivens vitam privemus: Agricolas autem legem demetendo, pira, poma, alioque fructus carpendo, ea sua vita private. Ita infanus ille. *Apud Stob.* legimus *serm. 55.*

*Virum oportet in bellis eximium esse: Agriculatorem enim opus est servile.*

*Vt vales? quam macilentus es! Perreo.*

*Colo enim prædium viri.*

**AMOR SINGULARIS.**

**PERTINAX** Imp. quicquid incultus soli vacabat, occupantibus adjudicavit: decemque annorum immunitatem, ac perpetuam libertatem agricolis concessit. *Cusp.*

**NUMA** Pompilius, ne populus otio marcesceret, agros divisit: Terminum agrorum fines separatim Deum adjuvit: sigillatim, qui observarent, quique agros circumirent, statuit, ex operibus civium mores conjectans. *Plur. in Numa.*

Nemo est, saltem non mollis & effeminatus, qui dicere auit, ullum opus agriculturae turpe aut indecens esse viro bono. Plantare enim, arate, vites colere, quomodo non honesta essent? item ferere, metere, triturare, an non omnia hæc studia sunt ingenua, & bonis viris decora? *Muson.*

Certe ut Hesiodo non turpe fuit pastorem agere, nec obfuit ei, quo minus Deo charus & musicus esset: ita nec alii cupiam impedimentum erit. *Anonymus.*

**PEYSISTRATUS** Atheniensium tyrannus, ut narrat *Ælian.* *l. 9. var. hist.* non patiebatur quidquam agrorum manere incultum; unde omnes otio & ignavia dectos compellere solitus ad agrorum culturam, quibus etiam, si media non suppeteret, boves qui aratro jungerentur, & femina communicabat.

**APOPHTHEGMATA.**

**ARISTIDES**, cum ei quidam objeceret: Tua culpa inquit ager: Atqui melius est, inquit, agrum propter me, quam me propter agrum perire. *Stob. serm. 55.*

**ZENO** Stoicus Philosophus, cum videret familiarem quenquam ex agri laboribus incurvatum & circumflexum: Nisi tu agrum perdidisti, inquit, ipse te perdet. *Ibid.*

**LYCURGUS**, sciens quantum utilitatis humanae vitæ agriculturae suppeditaret studium, agros omnes civibus suis divisit colendos: ut concordēs inter se omnes similitatem, ac prævos affectus deponerent, & simili labore omnes victum quaerent. *Plur. in Reg. apophth.*

**LYSANDER**, quum ad Cyrum minorem, Persarum Regem, venisset, in hortum ductus, admiratus & proceritate arborum & directos in quincuncem ordines, & humum subactam, Cyrum interrogavit, a quo essent arbores plantatæ, & cuius solertia tam aptè dimensa? Cui respondens Cyrus, ait, Atqui ego ipse sum ista dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio, mea enim manu sunt satæ. Tum Lysander purpuram ornatumque Persicum multo auto intiens, dixisse fertur, Rectè Cyre te beatum ferunt homines, quoniam virtuti tuæ fortuna conjuncta est. *Cic. in Catone.*

**ARTAXERXES** Miles Artaxerxi Persarum Regi malum punicum cum immanè obrulisset, Rex magnitudinè ejus admiratus, interrogavit, è quonam horro depromptum hoc donum afferret? Illo verò respondente, domo sua & ex suis agris, gavisus Rex supra modum, missis regibus muneribus virum ornavit, & Per Solem, inquit (ita Persæ jurare solebant) iste homo tali curatione & agricultura diligentiâ, poterit etiam civitatem, meo quidem iudicio, ex parte ampliore reddere. Videtur autem innuere, non tantum agros, sed omnes res, cura & sufficienti opera, & indefesso labore, contra naturam etiam meliores & præstantiores effici posse. *Ælian. lib. de var. hist.*

**GELIO** Syracusanus suos ad agriculturae studium adhortabatur, partim ut agri ad usum hominum meliores redderentur, partim ne otio torpererent. *Plur. in Reg. & Imp. apophth.*

**MYSON** Oetus, quum Mysonem Cheneum se sapientiorum conveniret, eum reperit æstate stivam aratro aprantem. Dicente autem eo, non esse tempus arandi: Satis, ait Myson, tempestivum est ad parandum nobis victum. *Brusson. l. 1. c. 8.*

**Faraotes Indorum** Rex, Apollonio de ejus victu sciscitanti: Ego, ait, palmarum fructibus aut oleribus pascor, aut quæ præbent mihi arbores, quas ego his manibus colo. *Ibid.*

**Socrates** Amalthæa comu interpretatus est, ad hujusmodi similitudines accomodando. Amalthæam quidem significare illum, qui minimè prædator, id est, dissolutus, sed gnavus & operarius esset, bona omnia consequuturum. Per cornu verò bovius quod animal est laboriosissimum, virum operarium innuit. Botros autem & similia in cornu esse, quoniam omnia quorum genus, in agricultura infant: quamobrem gestantes ipsum bonus genius bonaque fortuna introducuntur. *Stob. serm. 54.*

Nec malè quidam agriculturae aliarum artium parentem atque nutriticem appellavit: quæ benè habente, cætera valeant, neglecta verò, terra marique jaceant omnia. *Xenophon in œconom. Stob. serm. 54.*

**ARRIUS** Regulus, Isæbata, neque fecundissimis locis agrum insalubrem parandum, neque essetis saluberrimum. Frustra salubris est locus, ubi peritur fame: & frustra fertilis est, ubi non licet vivere. *Erasm. l. 6. apophth. ex Livio.*

**Scipio** Nafica candidatus in ædilitatis petitione cum adolescentulo competitore descenderat: cujus quum manum rusticæ opere duratam tetigisset, interrogavit, Nunquid manibus ambulatè consuescit? Id ut populo cognitum est, repulsam petitionis passus est, èo quod hominem agricolam sprevisse videtur. *Brusson. l. 1. c. 8.*

**CATO** Major dicebat, fortissimos viros ac strenuissimos milites, ex agricolis gigni, minimèque male cogitantes. *Plur. & Eras. l. 5. Apophth.*

Idem dicere solebat ad rusticos, In re rustica operæ parcendum, in agro autem emendo minimè; quod enim malè emptum est, semper pœnit. *Erasm. l. 5. Apophth.*

Idem dicere solebat, pecuniam pedibus compensari: sentiens nimirum, satis sumptuosum esse, ad villam procul distitam crebro proficisci: sed hoc impendi pedibus compensari, si dominus impiger invasit fundum suum. *Cic. in orat. pro Flacco.*

**Domitianus** Imp. jussit excidi vineas, quod studio colendæ vineæ, negligenter arva. *Suet.*

**Diocletianus**, quum se imperio abdicasset, atque privatam vitam in villa sua infulsisset, ab Herculeo atque Galerio ad recipiendum imperium rogatus, tanquam psetem aliam detestatur, respondit: Urinam Salonnæ possides inferre olera nostris manibus instituta, profectò istuc tentandum nunquam judicaretur. Fuit autem Diocletiani villa haud procul à Saloniis, ubi privatus convexit. *Eutrop. & Cyprian.*

**VITRUVIUS**, Natus infans sine nutritis lacte non potest ali, neque ad vitæ cretensis gradus perducit; sic civitas sine agris & eorum fructibus in moribus affluentiis non potest crescere: nec sine abundantia cibi frequentiam habere, populumque sine copia tueri. *Lib. 2. de architell.*

Idem interrogatus, quis esset certissimus agricolæ questus? respondit: Si benè pascat: quis proximus? si mediocriter pascat: quid tertium? si benè veltat: quid quartum? respondit, Arare, & terram benè vertere. *Eras. l. 9. Apophth.*

**CURIO** Dentati. Manlius Curius, qui Dentatus cognominatus est, nonnullis arguentibus, quod ex agris bello partem exiguam unicuique militum distribuisse, magnam verò Reip. optavit à Diis, ne quando existeret quidquam Romanorum, cui ager exiguis videretur, qui posset alere dominum. Sentiens, hominem planè ignavum esse, qui ex hac agri portione non tantum laboribus se exerceret, ut inde vivere posset. *Plin. c. 33. de viris illust.*

**\* HIEROGLYPHICA.**

**PORCUS** Agricolationis est hieroglyphicum, & apud Ægyptios hoc animal erat inviolabile, propter quod apud ipsos porci agricolationis usum præstant, frumentariamque rem alicubi solis eorum operis adjuvant. *Pier. Val. l. 9.*

**FALX**, ut Cyprianus sentit, rei rusticæ, quam Saturnus docuisse fertur, signum fuit. Nam finis ejus industria est metete, fructusque colligere. *Idem l. 42.*

Legimus etiam, veteres agriculturam hieroglyphicè per Nilum simulacrum indicasse. Cujusmodi autem esset effigies, lepida descriptione Philostratus indicavit, quam vide apud eundem *l. 46.*

Est etiam Aratum agriculturae & frumentarii proventus signum, ut in quodam nummo argenteo veteri cernere est, de quo vide eundem. *Idem l. 8. pag. 649. A.*

**Alacritas.**

**DEFINITIO & ETYMOLOGIA.**

**ALACRITAS** est vigor animi gestientis, apprensus vel se proferens in vultu, ob rem aliquam gratam, vel illius consequendam spem, quæ patens dicitur. Et fir à voce lacer, quod læsionem aliquam five irritam denotat. Itaque alacritas, quasi minime lacer. Accipitur aliquando pro celeritate seu promptitudine & studio in agendo, quam & Græci *ἐπιθυμία* vocant: & ita alacrem dicit Alcon, quasi aliam acrem. Hebræi *Ghil* & *Ghilab* vocant, à verbo *Ghil*, exultavit: habetque cognationem cum verbo *Gillab*, præ gaudio exultat. Unde etiam Græcum *ἀγρίαν* exulto, gaudeo. **ALACRITATIS EXHIBITÆ EXEMPLA SACRA.**

In Donando, ad Dei cultum.

Cum Moyse iustis Dei tabernaculo exstruendo incumbere, populus tanta alacritate in opus illud exarsit donatæ sua conferendo, ut quotidie manè sua vota offerret, & artifices compuli dicerent Moysi, Plus offert populus, quam necessarium est. *Exod. 36. n. 71. Paral. 29. 2. Paral. 24.*

Vide Liberalitas. Item Templorum edificatio. Edificando.

**BESILEE** & **OOLLIAE** periti artifices Tabernaculi, quod iustis Dei exstruebatur (in quibus Dominus dederat intellectum & sapientiam, ut scirent fabre operari, quæ in usus sanctuarii erant necessaria) instabant magna alacritate operari, donec completetur. *Exod. 36.*

Incredibilis alacritate Duces populi obulerunt donaria in sacrificium, in die qua complevit Moyse Tabernaculum. Obulerunt enim in dedicatione altaris, die qua unctum est, oblationem suam ante altare. De qua vide in particulari *c. 7. lib. Numerorum.*

Quare Tit. de Elemosyna, Hospitalitate, Oratione, Martyrio, & exercitatione cuiusvis bene virtutis, ut quæ absque alacritate perfici non possunt, cum hac splendorem illi addat, & velut formam.

**ALACRITAS ET TOAMIA. CONFIDENTIA.**

Fervor, Studium. **EXEMPLA HISTORICA.**

**POLYNECUS** sperans futurum, ut aliquando, interfecto fratre Eoecle, potiretur regno Thebano, apud Euripidem in Phœnissis, inquit:

*Εὐχόμενος ἴδω κἀδάδω, ἔτι μέγανδ' αὖτόν μοι.*

Spes vero nondum dormiens, quibus confusus sum ope deorum. **EBROTAS** beneus, cum ei Ammonis oraculum victoriam dicitur prædixisset, statim autè ipse faciendam sibi curavit, eamque, quæ de palmarum est adeptus, in Olympiæ dedicavit. Vicissè eundem etiam curuli certamine ea ipsa Olympiade memorant. *Pausan. l. 6.*

Soeni ad triginta ferè humero, viri nobilissimi, ab Alexandro propè Bactrianam capti, ad ultimum supplicium duci sunt jussi. Id audientes ipsi, quasi è vinculis domum remisisti, maxima alacritate præana parium, adhibito & modulatore corporis motu, more choreas ducentium, recinere adorti sunt. Mirante causam Alexandro, Non alia ratione gestus, inquit, quam quod terrarum Principis imperio fatalem desinatuumque subituri sumus dimis. Quacunque occasione alia moreremur, consueta cæteris perturbatione fortem oblatam latui fuissetus. At tunc, ut fortes decet, mortem habemus in votis. Quo aditum Alexandro liber eos dimisit. *Cal. l. 18. c. 33. A. L.*

Alexander adolefcens modè ex pueris excedens, Babylonem ausus est & Susa sperare, atque adeo imperium orbis terræ sibi spondere, triginta millibus peditum, quatuor equitum fretus. *Plur.*

Mariynas, frater Antigonis Regis, reus cum postuleret, de causa ut domi cognosceretur: Inò, inquit, cognosce in foro, omnibique audientibus, numquid facinoris conceperimus. *Plur. in regum Apophth.*

In convivio Platonis Socrates admiratur Agathonis audaciam, qui coram tot hominum millibus præsentis animo recitasset suam tragœdiam. Cui quum Agathon respondisset, se citius velle coram multis hominum millibus dicere, quam apud unum Socratem: Atqui in illis, inquit, millibus & Socrates erat. Fit enim mihi modo, ut quem unum reverte, in turba mixtum contemnas. *Eras. l. 8. Apophth.*

**P. Scipio** secundo bello Punico cum classe à Lilybæo solvit tanta cupiditate in Africam transmittendi, ut nulli ei neque remi neque venti farisacerent. Devescens est paucis diebus ad promontorium Pulchri, atque ibi omnes copias in terram exposuit. *Aulior. vita Scipionis.*

Qui Vellatis Claudæ, aut Tulciæ factum considerat, faticabitur, non sine spe eventus eorum qua secura sunt, res tantas non modò fieri, sed ne tentari quidem potuisse. Hæc enim cribro aquam (ut proditum est) hausit: illa navim, quam Rom. populus non potuit, cingulo remota est. *Sab. l. 5. c. 5.*

**ALACRITAS, CUPIDITAS, STUDIUM**

**IN SUSCIPienda, SUBEundave**

exercitatione.

**RESPECTU MATERIÆ SUBJECTÆ.**

Alacres **F**

**DOCENDO.**

Vide locum, Doctrina studium.

**DISCENDO.**

Confulo Tit. Discipularum. Quo studio.

**CONSULENDO.**

Romæ olim senatus assiduum stationem eo loci peragebat, qui Senaculum appellatur: nec expectabat, ut edicto contraheretur, sed inde citatus, protinus in curiam veniebat ambiguae laudis civem existimans, qui debitis R. P. officiis, non sua spontè, sed iustusungeretur: Quia quicquid imperio cogitur, exigenti magis quam præstanti acceptum referretur. *Val. l. 2. c. 1.*

**SACRIFICANDO.**

Apud Romanos cum sacra sunt, præco exclamare solet: Hoc age: ad attentionem factorum spectatores & operatores hortans. *Plur.*

In sacris Christianorum nota est formula illa sancta, sed perperam à multis intellecta, Sursum corda.

**MILITANDO.**

Brafidus profectus ad bellum Eporhis scripsit, Quæcumque belli momenta aut repellam, aut occubiam: Et quidem cecidit, dum incolentes in Thracia Græcos in libertatem asserit. *Plur. in apophth.*

**Cn. Pompeius** postquam in Africam trajecit adversus Domitium, atque hostes ingenti prælio fudit, salutantibus ipsum militibus Imperatorem, honorem cum negavit, dum erectum hostium vallum staret, agnosceret. Tum illi, tametsi largus imber cælo deflueret, impressione facta, castra exciderunt. Reversum cum aliis honoribus Sylla excepit benignè, tum Magnam primus appellavit.

Joannes Rex Boemiæ F. Henrici VII. & pater Carol. IV. Imp. licet cæcus, eo prælio, quod gestum est inter Eduardum Angliæ, & Philippum Galliæ Reges pro ducatu Normanniæ, anno Salutis humanæ MCCCXXV. pugnavit fortiter, & sagitta trajectus interit. *Hedio, & Æmil.*

**RECONCILIANDO.**

Pisistratus Atheniensium tyrannus, cum nonnulli amici ab eo deservissent, atque Phylon inde deservit, profectus est ad eos ipse ferens culcitram. Sciscitantibus illis, Quis tibi velle? Ut, inquit, in sententiam meam adductos vos reducam: aut si id non potero, maneam vobiscum: atque ideo apportans mecum necessaria veni. *Plur. in apophth.*

**RECUPERANDO.**

Semiramis audita Babyloniorum defectione, dum comas peditum, capillorum cultum distulit, donec Babylonios rebelles subigeret. *Vide Tit. Severus in erza desectores.* Idem de Rodogune scribitur.

**MOLENDO.**

LESBIE muliercule ad molam capiebant, aræ pira aræ & ἢ Πύλας ἀπὸ πυλῶνας Μὲνὸν βασιλῆως. Mole mole mole: Molt enim Pittacus Magnæ Rex Myrlynes. *Plur. in convivio.*

Molchi singulis mechanicis operibus nomen vel instrumenti











A rŕm tolerantiam laborum, quos supra corporis vires videbatur pefſerre eximie: quod qui habitu gracili, corpore candido & molli, debili quoque foret capite, ac morbo comitali contractus, quod vitium ei fama eſt Cordubę primum ingruiffe: non quaſierit mollitię valetudinis imbecillitatem prætextum, ſed medicinam imbecillitatis militarię, indefatigatis itineribus, tenui victu, & reſtum non ſubſeundo, reſiſtens agritudini, corpusque ad verius injuriam validum cuſtodians. *Plut. in Cęſare.*

NERO Imp. Iſthmum Corinthiacum perſedere aggrefſus, primum ipſe corbem ſuis exultit humeris. *Lucian.*

Antoninus Caracalla Imp. militaria munera primum omnium obibat, ſive quid ſodiendum eſſet, ſive pons flumini imponendus. In aperto prandere, ſimplici cibo contentus, poculis vaſisque eſculentariis ex lignea nec alia materia factis. Ipſe ſibi tantum tritici trufatili mola terebat, quantum ſui fati eſſet, indeque farina fubaſta, panem carbonibus incoctum ſans edebat, per omnia gregario militi ſimilis: plurimum pedibus iter facere, curru rariffimę uti. Comilitionem ſe vocari malebat quam Imperatorem. Geſtare & ipſe interdiu ſigna publica, vel robuſtiſſimis militibus gravia: etraque ob hæc ille ſuis exercitiis gratiffimus, miratque ſimul omnes, quod vir tantulę ſtaturę tot part eſſet laboribus. *Sab. l. 5. Enn. 7.*

Manuel Comenus Imper. urbis Dorylęi inſtaurationem aggrefſus, ipſe primus ſaxa humeris portare cepit: eaque re aliorum alacritatem ita excitavit, ut murus celerrimę in altum e ductus, vallo extraſectis muniretur, & intra menſia parvi complures eſſederentur. *Nicetas l. 6.*

Pompejus Columna Card. unã cum Cęſaritanis ducibus Clementem VII. PP. bello perſequens, Fruſionis obſidione coactus, Carolo Lanjo Cęſare exercitus duce in re advaſa repentinaque perturbato, reducendi exercitus munus ſuſcepit, ita ut & ipſe majora tormenta fuiſſet humeris atque lacertis impelleret, minora ſingula ducibus reducenda attribueret: cujus implendę operę ſpecimen atque exemplum dabat, ne tale dedecus admittetur, ut tormenta in poteſtatem hoſtium devenirent. Ita ſingulari Pompeji cura, laboreque & diligentia, exercitus incolmis in pacatum tutumque locum eſt receptus. *Jovius in ejuſ vita.*

C Ad munitionem Patavii conficiendam non agrefteſ modo homines militeſque reipubl. Venetę operam navaverunt, ſed cives etiam ex nobilitate Venetę, atque ipſius Leonis Laurendani principis liberi ſuis terram manibus convexerunt. *Bemb. l. 9. Venetę hiſt.*

Emmanuel Luſtitanę rex, cum primum nuncium de adventu regis Feſſenſis, Arzilam Mauritanie urbem obſeſſurę, accepit: literas eadem die ad omnes Portugallię urbes, & ad viros Principes, & univerſam denique nobilitatem dedit, & omnes literis evocavit, & que potuit ſubſidia, continuo in Algarbienſe regnum miſit, ut inde quantumpſimum poſſent in Africa tranſmitterentur. Poſt quatuor autem dies, ex literis alius Jo. Menefi claſſis præſecti intellexit, civitatem eſſe captam, & arcem obſeſſam, & in ſummam anguſtiam adductam. Proinde equo perſcitata mira prædito tanta celeritate iter in Algarbium ſuſcepit, ut ſeptem tantum aut octo ad ſummum comitibus circumſeptus, in viam ingrederetur. Dies vero atque noctes iter ita continuabat, ut vix illum tempus reſcitiendi corporis gratia ſumendum exiſtimaret. In montibus qui Algarbium à reliqua Luſitania diſtinguunt, equus, in quo inſidebat, ex nimio labore concidit, & repente mortuus eſt. *Ofor. l. 5. ver. Emmanuel.*

CAROLUS V. Imp. primus in agmine ſuo ſemper fuit: nonnunquam xv. horas, nonnunquam plures equo armatus inſidens. *Gulielm. Zenc. l. 5. de ejuſ vita.*

Etatis imbecillitas. Ab exercitio non diſtracti etate Juvenili, Puerili.

ALEXANDER puer etiamnum, multas referente victorias Philippo, non letabatur, verum contubernaliſ ſuis dicebat: Nihil mihi reliquum faciet pater? Subjicientibus pueris, ei illa parati: Quid referet, inquit, multa ſi habeam, & agam nihil? *Plut. in Apoph.*

PYTHEAS etiamnum adoleſcens acceſſit ad diſſidandum, quæ in honorem Alexandri ferebantur, rogationes. Ibi cum diceret quidam: Tu dicere juvenis tantis de rebus audeas? Atqui Alexander, inquit, quem plebifcico deum appellatis, me eſt junior. *Plut. ibid.*

Pompejus nondum in ſenatum lectus triumphum poſtulat.

lavit. Cum intercederet Sylla: Plures ſolem, inquit, exorientem adorant, quam occidentem. Quod ubi audivit, ceſſit Sylla. *Plut. in præcept. Paul.*

Cum L. Lucullus poſt bella geſta ſe in luxum demiffiſſet, ac ſumptuoſam duceret vitam, carperet autem Pompejum, quod præter etatem multas res gerere affectaret: Magis, ait, deliciis indulgere ſeni, quam tempubl. gerere, eſſe præter etatem. *Plut. in Apoph.*

Senili.

Vide Tit. Discipline, qui ſerò ad diſcendum acceſſere.

Cum tribunus plebis Saturninus, & prætor Glaucia, & Equitius designatus tribunus plebis, maximos in civitate Romana ſeditionum motus excitaffent, nec quiſquam ſe populo concitato opponeret: primum M. Amylius Scaurus C. Marium, conſulatum ſextum gerentem, hortatus eſt, ut libertatem legeſque manu defenderet, protinüque arma ſibi aſſeri juſſit: quibus allatis, ultima ſenectute confectum & penę dilapſum corpus induti, ſpiculoque innixus ante fores curie conſtitit, ac parvulus extremi ſpiritus reliquis, ne Reſpubl. expiraret, eſſecit. Præſtantia animi ſui, ſenatum & equeſtrem ordinem ad vindictam exigendam impulit. *Valer. Max. l. 3. c. 2.*

SEXUS MULIEBRIS.

Vide de Mulieribus indoctis. Hoc in loco tantum diſcendi, ſcribendi, legendi ſtudium & induſtriam in mulieribus obſervamus.

NICAULA Egypti atque Ethiopię regina (quam reginam Saba Chriſtus opt. max. appellat, & ob ſtudium ſapientie commendat) audita Salomonis ſapientia, ab extremo orbe in Judæam venit, ut eum audiret, & diſſicilium quorundam problematum explanationem à ſapientiff. rege, pro eorum temporum more, acciperet. *Fulg. l. 8. c. 7.*

Laftheniam Mantineam, & Axiotheam Phlaſiam Diacarchus ſcripſit, virilem amicum induiſſe, ut expeditius Platonis doctrinam ſequerentur. *Idem.*

Hipparchia Maronea, Metroclis philoſophi ſoror, dives & formoſa virgo, doctrine capta ſtudio, viros, quorum matrimonia honeſtiſſimis conditionibus offerbantur, unã cum opibus prævit, ut inopem Cratetem philoſophum fequeretur: quo cum, ut Cynicum ſectam planę imitaretur, nudis pedibus orbem terrarum philoſophando peragravit. *Laert. l. 6.*

Paula Comelia, Romę principum genere orta, Hebraicis, Græcis atque Latinis literis excellens, reſecta patris, in Paleſtinam abiit, ut illic Chriſtiana dogmata à D. Hieronymo Bethleheme audiret. Opes, quas ingentes habebat, ne à cœleſtium contemplatione abſtineretur, in pia opera diſtribuit. *Fulg. l. 8. c. 7.*

OPUM PROFUSIO, USUS, JACTURA

Huc pertinent Diſcipuli liberales erga præceptores. Item Liberales in Bibliothecis extruendis. De quibus ſuo loco.

THEOPOMPUS Chius multa numum millia in diligenter hiſtorie inſpectionem impendit. *Atth. l. 3. c. 5.*

Cum aliquando Dialecticus Philo Zenoni Citięo ſeptem de ratione dividendi dialecticas ſpecies demonſtraſſet, interrogaffe dicitur, Quanti cuperet eas vendere: Centum reſpondit, ducenta dedit. *Laert. l. 7. c. 1.*

Ariſtotelem traditur eſt pauculos Spenſippi libros poſt mortem ejuſ emiſſe talentis tribus amicis. *Gell. l. 4. c. 17.*

Plato quamquam tenui admodum ſe familiari, tres libros Philolai Pythagorei x. millibus denariotum, quos Dionyſius Syracuſanorum Tyrannus ipſi donarat, mercatus eſt: quem admodum Timon in eo libro, qui inſcribitur, ipſi objecit. *Laert. l. 3. & Val. Max. de Stud. & Gell. lib. 4. cap. 17.*

D. Hieronymus Hebraicę linguę præceptores magnis comparat ſumptibus. *Vide Tit. Linguarum ſtudium.*

A AMBROSII multis precibus impetravit, ac penę vi adegit Originem Cęſareę, ſeptem conductis notariis, & pluribus qui eleganter ſcriberent, ut factas Scripturas interpretaretur. Hoc igitur rerum neceſſariarum præbitore uſus, otiumque naſtus, notariis dictaverat, quæ librari cum mulieribus eleganter ſcribere edoctis deſcriberent. Sic omnem divinam Scripturam annis 18. eſt interpretatus. Fertur autem ſtans libros compoſuiſſe. *Svidas.*

OPUM CONTEMPTUS.

ANAXAGORAS opes philoſophiæ cauſa reliquit. *Vide tit. Peregrinationis eruditionis cauſa ſuſcepta.*

CRATES Thebanus aurum omne, quod ex patrimonio habebat, in mare demerſit: fatius eſſe inquit, opes mergere, quam ab illis demergi.

DEMOCRITUS Abderites divitiis abundans (quæ tante fuerunt, ut pater ejuſ Xerxi exercitui epulum dare potuerit) quò magis vacuo animo ſtudiis litterarum inculceret, parva admodum ſumma terenta, patrimonio ſuum patrię donavit. Athenis autem compluribus annis morans, omnia temporum momenta ad percipiendam & exercendam doctrinam confertens, Diagoram Mileſium ſervum mille drachmiſ emiſit, ut ab eo erudiretur. *Val. lib. 8. c. 7.* Eum Abderite, quia bona paterna abſumpſerat, publicę condemnatur. Sed ubi mundi ſeriem inferorum arcana declarafſet, atque in hæc diſcenda ſe omnia bona conſumpſiſſe affirmafſet, continuo dimiſſus eſt. *Athen. lib. 4. c. 20.*

PAUPERTATIS TOLERANTIA.

Conſule tit. Humili loco nati, qui clari evaſere.

CLEANTHES Aſius, quamvis hebeti ingenio eſſet, ut potę pugil: tanto tamen literarum amore exarſit, ut noctu quidem hortulano cuidam aquas hauriendo, quaſtum faceret, quò paupertatem ſuam interdiu philoſophando ſuſtentare poſſet. Unde oporians, id eſt, Exhaustor puteorum dictus fuit. Panes etiam pinſere ſolebat. Propter tolerantiam denique laborum Hercules ſuit cognominatus. Quæ à Zenone audierat, teſtis boumque oſſibus inſcribere ſolebat, quæ pecunie defectu chartas emere non poſſet. Antigono rege rogante, Cur ſordidam operam præſtare hauriendo aquam? reſpondit: Num haurio tantum? in an non & fodio, & rigo Chorram, denique nihil non facio philoſophiæ cauſa? Alius negafſet factum: philoſophus auxit, quod objiciebatur, glorię ſibi dicens, quod ille veritate probro. *Laert. l. 7. c. 2.*

ZENO Citiæus cum pecunia, qua ſatiſſeretur præceptor Dialecticę, deſceſt, clam per poſticum Polemonem profeſſoris ejuſ artis irrepſit, ut legitimum audiret. Quem dum Polemon ſunt vidiffet: Sat vide, inquit, ut illum in gratiam receperit, & Jamblichum in Syria audiendi libertatem conſeſſerit. *Emapius.*

EPICRETUS Stoicus philoſophus, ſervus atque omnium inops aded, ut unde fores obſeraret pauperis tugurii non haberet: hiſ ſuperatis incommodis, perſulta in philoſophia peritiffimę ſcripſit. *Fulg. lib. 8. c. 7.*

MENEDEMUS & Aſclepiades philoſophiæ Athenis operam dabant, pauperes illi, & tamen corporibus benę habitis. Otii ſui cauſas, & qua ratione ſe ſuſtenterent, apud Arcepagitas edere juſſi, molitoris cuſjdam teſtimonio, cuiſingulis noctibus duarum drachmarum mercede ſinguli in volvenda rota operas ſuas locabant, ſeſe purgarunt, & à judicibus ducentes drachmas muneris loco acceperunt. *Athen. lib. 4. c. 20.*

D EUDOXUS Gnidius, Atrogloſus inſignis, anno etatis 23. in Piræum venit, & quotidie Athenas alcendere ſolebat, ut Platonem audiret, nocte ad portum ob paupertatem regredebatur. *Laert. lib. 8.*

ETIUS Antiochenus, auriferus, ut interdiu ſtudiis operam dare poſſet, ab artis ſuę hominibus aurum, quod noctu elaboraret mercede, petere ſolebat. Tantum promovit hoc ſuo ſtudio, ut inſignis Dialecticus, Rhetor, Philoſophus, Medicus evaſerit: omni laude dignus, niſi quòd contentiſſimum cupidus, ad Atianſimum lapſus eſt, & pecularii dogmate eſe Aſianus appellari fecit. *Saxom. & Svid.*

PROERESII Armenus genere, Antiochię Ulpianum rhetorem audivit, Athenis Julianum ſophiſtam, comite & contubernali Hephæſtione, cum quo de eloquentię principatu & elegantiſ tolerantia certabat. Erat utrique penula & tria quatuorve ſtragula, quæ cum domeſtica tinctura craſſitatem facile teſtabantur præ veſtiture. Proæreſio in publicum Hephæſtione deſceſſerat domi ſtragulis involutus, ſeque in dicendo exercens: idem Proæreſio uluvenibat, egrediente in publicum Hephæſtione: uſque aded

L. B. Thean. vite Human. Tom. 1.

fabuloſum illum Geryonaimitabantur, duo & unus. *Emapius in vita Proæreſii.*

SERVITUTIS TOLERANTIA.

SIBYNTIUS, Theodeſtis Phæſelitis ſervus, primus ſervorum oratoricę operam dedit. *Svidas.*

MONIMUS Syracuſanus, cum Diogenem Cynicum à Xeniae emptum audiret, neque liberę ad eum commutare poſſet, cum Corinthii cuſjdam trapezitę ſervus eſſet: inſaniam ſimulavit, & pecunias ſpargere, menſaque ſubverttere cepit. A domino igitur tanquam furioſus repudiatus, Diogenis diſciplinæ ſete commiſit, & philoſophus doctiffimus evaſit. *Laert. lib. 6.*

PHADON Eleus adoleſcentulus, cum Athenis in lupanari à domino proſtitutus ferviret, quantum in junctę neceſſitatis turpitudinem vitare poterat, cum Socrate incluſus, philoſophiæ operam dabat, quoad aliena liberalitate parto pretio, ab ea turpitudine ſe redimens, philoſophari liberę cepit. *Fulg. lib. 8. c. 7.*

LINÆUS Pompeii Magni libertus, Grammaticus doctiffimus, puer adhuc catenis elapſus in patriam reſugit, perceptiffique liberalibus diſciplinis, pretium domino ſuo retulit. Verum ob ingenium atque doctrinam gratis manumiſſus. *Tranquillus de Illuſt. Gramm.*

PATRIÆ NEGLECTUS, PEREGRINATIO.

Vide tit. Peregrinationum. Hic tantum, ut ſtudio conſequendi peregrinantur.

NICAULA Egypticę Ethiopię regina, audita Salomonis ſapientia, ab extremo orbe venit, ut eum audiret, ut ex Fulg. lib. 8. c. 7. ſupra.

AMICITIÆ, GRATIÆ, BENEVOLENTIÆ CONTEMPTUS, NEGLECTUS.

OVIDIUS vel invitatis parentibus legam ſtudio relicto, ſuum ſecutus genium, Poeticę ſete mancipavit.

ÆDESUS Cappadox, generis nobilitate inter ſuos facile princeps, ſed cenſu exiguo, à patre mercaturę cauſa in Græciã fuerat amandatus. At ſi ſuum ſecutus genium, philoſophiæ dare cepit operam. Revertentem pater domo ut inutilem exegit, fugientemque perſecutus eſt cum hiſ verbis: Equid tandem emolumentum aſſert philoſophia? tum ille converſus: Hoc ipſum, inquit, & ſupplex ad genua patri accidit. Quare ſic motus eſt pater, ut illum in gratiam receperit, & Jamblichum in Syria audiendi libertatem conſeſſerit. *Emapius.*

FRANCISCUſ Minorum pater, ejuſque diſcipulus Theodoruſ, patrum iram religionis ſtudio negligunt; Thomas Aquinas fratrum. *Vide tit. Conſtanſie religioſe.*

FRAN. Petrarcha à patre Bononiam miſſus juris civilis addiſcendi cauſa, cum natura ductu literas humaniores, & poſſim in primis, Dantis emulatione, complecteretur: pater Avenione Bononiam excurrrens, filium ſeverę propter inobedientiam caſtigavit, & quorquot Ciceronis & poetarum libros inveniffet, ſuapte manu excitato igni combuſſit: nec niſi multis precibus & pollicitationibus, ut Ciceroni Oratori & Virgilio parceret, adduci poſuit. Mortuo inde patre, ſui juris factus, ad intermiſſa patris metu oratoricę & poeſeos ſtudia inſigni alacritate, proſectu pari, rediit. *Hieron. Squar. aſicus in ejuſ vita.*

JOAN. Picum Mirandulam mater diſcendi juris pontificii cauſa Bononiam miſit. At ille ſpem matris, quæ facris cum initiari cupiebat, eludens, ad philoſophiam ſe tranſtulit. *Joan. Francisus in ejuſ vita.*

THOMAS Motus Anghus invito patre ad Græcarum literarum & philoſophiæ ſtudia acceſſit. Itaque cum pater penę pro abdicato habuit, quòd à paternis ſtudiis deſceſſere videretur, nam ſi Britannicatum legum peritiam profitebatur: quæ profeſſio, ut eſt à veris literis alieniſſima, ita apud Anglos unica eſt ad rem & gloriam parandam. Poſt deguſtatas igitur ſcholasticas diſciplinias, ſic in hoc ſtudiolorum genere verſatus eſt, ut neque conſulerent quenquam libentius litigatores, neque quaſtum uberiorem faceret quiſquam. Tanta erat vis ac celeritas ingenii. *Erasm. Rot. in ejuſ vita.*

CONC. CELTES, qui hæc etate primus apud Germanos poeſi ſtudiit, per patrem à literis revocatus eſt, ut vinearum & familię curam ſuſciperet. Ceterum elapſus niſ tale ſuſpirantis

N

parris



\* Albus color, sive Albedo.

LÆTITIÆ & SPLENDORIS NOTA.

A patris manibus, ascensaque rate per Mœnum Agrippinam Coloniā venit, ibique liberalibus studiis & Theologiae aliquandiū vacavit. Sodalitas literaria Rhenana in ejus vita.

BRACHMANES cum uxoribus non philosophantur, ne, si improbe sint, aliquid quod efferni nefas sit, in profanos efferant, si probe, ne viros relinquatur. Nam qui voluptatem ac dolorem, vitam ac mortem æquè contemnit, subditus esse non patitur. Strabo lib. 15.

ALEXANDER Magnus everfis Thebis amicos suos præcipuos in consilium vocavit, de transitu in Asiā uti confulerent, quibus copiis id fieri, & qua ratione bellum inire oporteret. Censebant multi, Parmenione & Antipatro auctoribus, debere prius Alexandrum liberis operam dare, postea tantam expeditionem aggredi cum posse. Sed ipse, qui rebus gerendis intentus erat, cuique cessatio omnis displicebat, sententiam eam valde respuit: se ab ipsa Græcia electum bello gerendo duces, & qui patris æque firmisimas haberet, nuptiis celebrandis vacare, donecque filii nascerentur, desistere, turpe esse demonstrans. Diod. lib. 17.

L. LUCULLUS missus à Sylla in Ægyptum contrahendæ classis gratia, neque Memphim adiit, neque quidquam ex celebratis Ægypti miraculis videre voluit, quod à suo instituto hæc spectacula tunc essent aliena. Plut. in Lucullo.

DANTES poeta in forum profectus spectaculorum causa, in taberna litterarum diu desideratum nactus, cum tam avidè legir, ut domum revertens sanctè affirmaverit, nihil se eorum que in foro acta essent, animadvertisse. Æn. Sylv. lib. 1. Comm. in Panormit. Alphonsum.

Alapa.

Alapam impingere. Quære tit. de Patientia injuria. Item Verberatio.

\* Albigenses.

Qui & Albiani, Albigeſci, vel Albii.

HERETICI fuerunt temporibus Frederici II. Imp. & Innocentii Papæ III. Anno Domini M. CXXVI. ac primum in Comitatu Tolofano pullulare ceperunt, tantumque invaluerunt, ut brevi intervallo infecerint mille civitates, adeo ut nisi gladiis fidelium repressus fuisset eorum furor, brevè tempore universam Europam occupasset. Vide Anton. p. 3. Spec. hist. tit. 14. c. 30. lib. Spec. hist. EORUM IMPRETAS.

ED autem impietatis & impudentiæ succrevit Albigensum malitia, amentia, furor, temeritas, impudentia, atque divini timoris, sui que oblivio, ut cum Biterranensis à Catholicorum exercitu obsidione vallaretur, & expugnaretur, in qua illi detenti crant, sacrum Evangelii codicem arripientes, & super illum mingentes, de muro contra Christianos projecerunt, & sagittas in eum detorquentes, clamarent in hunc modum: Ecce lex vestra, miseri. Tradidit etiam, eorum quemdam Tolosæ in odium Christi, & confusionem fidei, juxta altare majoris Ecclesiæ ventrem suum purgasse, & palla altariss suam fœditatem deterfisse. Alios rursus super altare eorum posuisse in conspectum crucifixi: cum que coabusi fuissent, postea ipsam sacram imaginem detraxisse, ei brachia præcidisse, & collo fune alligato, illum per plateas urbis, intolendis cum blasphemis taxasse. Hæc sunt hereticorum insignia & tragœdiæ, sed ultio à Deo immixta longè gravior in hostes altarium & rerum sacrarum. Præcelestus in Elencho heret.

Vide tit. de Hereticis, §. Elenchus Hereticorum.

Album.

Album ut est forma quedam Scripturarum sive tabula xypographica. Quære in Loco de Descriptione, Tit. Variarum Scripturarum genera.

Album pro colore, qualis est in equo & lacte, unde & nomen suum habet: nam Hebræi ab alab Lac appellant. Quære in Loco de Colore nomilla.

CHRISTO in cælum ascendente, intuentibus eum Apostolis, ecce duo viri adfuerunt in vestibus albis, quos fuisse Angelos nemo interpretum ambigit. Act. c. 1.

CHRISTO iplo in monte transfigurato, apparuerunt vestimenta ejus instar nivis candida. Matt. 17. Luc. 9.

Mulieribus ad monumentum properantibus, apparuit Angelus Domini: cujus aspectus erat sicut fulgur, vestimenta autem ejus alba sicut nix. Matt. cap. 28.

Apud Romanos qui magistratum ambiabant, Candidati vocabantur. Et milites albai Imperatorem triumphantem deducebant.

Daniel Antiquum dierum scribit se vidisse candido vestimento sicut nix, cap. 7.

Judas Machabæus vidit etiam equitem præcedentem exercitum in veste candida. Quo Angelum fuisse, victoriæ signum præferentem, pro comperto est, lib. 2. Mach. c. 11.

In Apocalypsi promittuntur victoribus vestimenta candida, & inter ceteris pro amore Dei, dantur foliæ albae, id est, gloria essentialis, dealbatæ in sanguine agni, id est, in meritis Christi, cap. 7.

Denique Christus ipse cap. 6. Apoc. sedet super equum album, habens arcum & cotonam.

DEUM vero albio colore vel maxime delectari, Persatum Magi asserant, teste Pterio in Heroglyphicis.

\* U S U S V A R I U S.

Putæ, Albarum vestium.

IN REBUS DIVINIS, & SACRIS.

Jam olim vestium Ecclesiasticarum, quarum in sacris mysteriis est usus, apparatus albi coloris fuisse constat, adeoque ad Dei cultum albi coloris indumenta adhibita, omnium penè gentium consensu innoteſcit; unde Virg. lib. 12. Æn. Purpure in veste Sacerdos.

Cicero: Album colorem Deo maxime decorum existimo, quod is puritatem ingeneret; censuit, lib. 2. de leg.

Idem ab Ægyptiis Sacerdotibus usurpatum, teste Philostrato in Apote. & Plinio lib. 19. c. 1. Et virgines vestales, alba veste, quam subbulum vocabant, induebantur. Atque ideò Persius ait: Quamvis alba, rogari: quod homines à Diis quidquam postulantes, albam vestem superinduerent. In nova lege frequentissimus usus est albarum vestium, in quocumque officio Ecclesiastico, ac in Missæ ministerio, & sacrificio, tam sacrificans, quam qui cum eo altari adfuerint, vestem induunt, quam albam vocant veteres: eaque & candida est ex lino, & admodum ampla, de qua, & V. de tit. de Sacerdotibus. Videatur etiam D. Hieron. lib. 1. com. Pelag.

\* NOTA CHRISTIANISMI.

In Ægypto Christiani ab idolorum cultoribus alba veste segregabantur, eaque hæc de causa, & ut martyrii corona dignus redderetur, Antonium induisse, memorat in vita illius S. Athanasius.

S. SOPHAM Martyrem, ut de Clementis Ancyran, etiam martyrii palmam adepti, morte se triumphare demonstraret albam vestem induisse, auctor est Surin. in Actis præfati Clem.

S. CYPRIANUM, ut & Clericos tempore B. Augustini, candidam vestem (Rochetum nominant) gestasse, constat ex vita eorumdem: & Aug. serm. 80. de diversis.

Quocirca reprehensione dignus erat Silivius Novatianus Episcopus, qui candidatus semper incebat, & sibi, suisque hi nadacion, hoc est, tempore nomen gloriosè vendicabat. Sozom. lib. 18. hist. c. 1.

\* BAPTISMI SUSCEPTI.

Solebant olim Neophyti, suscepto baptismo, alba veste indui, eaque per integrum octiduum deferre; unde Dominica, que est octava Dominicæ resurrectionis, etiam hodie Dominica in Albis nominatur. De quo ritu Tertullianus, alique veteres meminerunt. Unde S. Aug. sermone in octava Pasche, qui est 157. de tempore, ita ait: Paschatis solemnitas hodierna festivitate concluditur, & ideò hodie Neophytorum habitus commutatur. Ita tamen, ut candor qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur. In cuius rei memoriam etiam hodie baptizato datur vestis candida. De qua & Vide tit. de Baptismo.

Hæc de Lectione, ita canit. Alii Fortunato adscribunt: Candidus egreditur nivosis exercitus undis, Atque vetus vitium purgat in amne novo.

Fulgen-

Fulgentis animas vestis quoque candida signat, Et grege de niveo zavada Pastor habet.

MYRITA Diaconus Elpidophorum Apollitam, & suum, ac suorum carnificem compellabat, expandens & ventulans lineæ, quibus ipsum Elpidophorum olim è facto fonte susceperat: Hæc sunt, ait, lineæ Elpidophore, minister erroris, quæ te accusabunt, cum majestas venerit judicantis, & c. Hæc te immaculant, dixerunt de virgulentem. Hæc te actius persequentur, & c. Vidor Vriens. lib. 3. Perfec. Vandalicæ.

Baptizato Constantinopoli Theodosio Juniore Imper. ut narrat Marcus Gazensis, tanta fuit multitudo eorum, qui vel baptizati fuerunt, vel vestem albam induerunt, ut viderentur universæ multitudo nive completa.

\* LIBERTATIS.

LIBERTI olim manumissione accepta, alba veste induebantur: quod legitur apud Tertullianum, de famulo liberato donato: testis est Joan. Pierius lib. 47. Heroglyph. c. 24. & citat Tertull. lib. 5. adversus Marcionem.

\* IGNOMINIÆ.

HERODES, cum frustra sperasset aliquod signum de Christo videre, sprevit illum cum exercitu suo, & illius indutum veste alba, & remissit ad Pilatum. Lucæ c. 23. vers. 11.

Fuit autem olim vestis alba triumphantium ornamentum, & symbolum Innocentiæ, unde non alio aptius eum induisse poterat Rex impius, ut qui tanquam agnus ad victimam ducendus, & de mundo erat triumphaturus.

Alea. Aleatores.

\* DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

ALEA, Græcis vestiva καλο, idem est quod tessera, aut illius ludus. Quamvis pro omni ludo, qui à casu pendere facit fortunam, accipitur. Hinc Martialis: Alea parva, nunc, & non damna videtur, Sæpe tamen pueris absulit illa nates.

Per translationem pro quavis fortuna usurpatur; hinc belli alea, item jacta est alea, & similia.

\* A L E A . A L E A T O R U M.

LUDUS VETITUS. CUR?

Ludum Alex. jure Civili vetitum etiam Laicis, constat ex lib. 1. & 2. Cod. de aleatorib. Eoque nomine censetur omnēs ludi, qui magis fortuna, quam arte reguntur. Causa prohibitionis est, quòd ex hoc genere ludorum frequenter iræ & blasphemie in Deum, cui assignari solent eventus fortunæ, oriuntur. Quòd inter ludentes concitatur iræ & pugna. Quòdque ludendè tota substantia exhauriatur. Imò jure Digitorum etiam vetitus erat hic ludus, l. Solent §. de aleatorib. Neque permittitur commodate illis locum ad ludendum, l. 1. supra.

Clerici vero omnino interdicitur alex. ludo vacare, c. Cleric. 15. de vita & honeste. Cleric. c. inter dilectos. 11. de excessu. Prælat. Ubi collatio beneficii facta ab aleatore declaratur irrita. Concil. Trident. sess. 22. c. 1. de reform.

\* PRODIGIUM IN LUSUM ALEÆ.

Quære Prodigiata: quedam nihilominus infra de hoc Argumento.

ALEATORES, QUI LUSERINT

Tesseris, Alea.

CLAUDIUS Cæsar alea studiosissime lusit, de cuius arte librum quoque emisit: solitus etiam in gestatorio ludere, iter effeso alveoque adaptatis, ne ludus confunderetur. Sueton.

DOMITIANUS, quoties otium esset, alea se oblectabat etiam profectus diebus matutinisque horis. Sueton.

THEODERICUS Gothorum in Italia rex, ut animi vires aliqua ex parte reciperet, in arduis negotiis amissa, alea sæpe lusisse dicitur. Alexand. ab Alexand. lib. 3. c. 21.

CUBI, τὰ ἄθηνα ἴα, id est, punctis distincta ossa, quibus utuntur si taudi fortis, id est tabulæ tantum, ut est apud Diomedem duobus locis. Cubus seu tesseræ lateribus constabant, talus autem quatuor. In ludendo tesseris utebantur tribus, talis verò quatuor: id quod in Divinationibus Cicero commemorat, & Martialis: Non sum talorum numero par tesseræ, quam sit Major, quam talis alea saepe mihi.

Cælius lib. 20. c. 27. A. L. Taxillorum ludus ex octo punctis vel figuris constabat: inter quos unus Stesichorus nomine, hoc est, octonarius, præcipuus erat. Alex. lib. 3. c. 21. Alea tessera duodecim habet puncta. Martial.

L. B. Theatr. c. vii. Human. Tom. I.

Hic tibi biseno numeratur tessera puncto, Calculus bicgemino discolor hoste perit.

Alea Romanis legibus erat vetita. Horatius: Seu majori verita legibus alea.

Hinc Cicero Lenticulum collusorem Antonii, de Alea condemnatum fuisse scribit. Turricula, Græcis Pyrrhus, erat vasculum in modum turriculæ, qua incluse tesserae jactabantur ad tollendam ludentis fraudem. Martialis:

Quærit composita manus improba mittere talos, Siper me mittis, nil nisi vota facit.

Fritillus autem dicitur tabula lusoria: quo tessera conjactæ agitataeque mittuntur in alveolum. Joven. Satyra 14.

Parvoque eadem movet arma fritillo.

Martialis: Dum blanda vagus alea December, Incertis sonat hinc & hinc fritillis.

Martialis lib. 23.

Has mihi charta nubes, hæc est mihi charta fritillis, Jul. Pollux. l. 9. ait, à ludo quoquam tessitum natum esse adagium, καὶ τὸ ἀλεῖσθαι, Sacre lineæ talum moveo. Lulum fuisse hujusmodi, ut urrique ludentium essent calculi quinquæ totidem impositi lineis unde & Sophocles dixerit, πῶς ἀπὸ τῆς γαμμάς, id est, Tessera quinque linearum. Inter eas lineas, utrinque quinas, unam fuisse mediam, quam sacram vocabant: unde qui talum movisset, is sacre lineæ calculum movere dicebatur. Id verò non fiebat, nisi cum res posceret, ut ludens ad extrema confugeret auxilia. Erasim. in Chilian. lib. Tesserrarij ludi species fuit veteribus diagrammismus, à verbo γραμμίσε. Adhibebantur (ur inquit Eustathius) calculi sexaginta, tum albi, tum nigri. Meminit Philemon, μεθ' ἡ διαγρῆμῆς, καὶ βόλλαι. Sed ludum hunc grammam item dicunt, id est, lineas. Cælius lib. 20. c. 27. A. L. πλὴτος καὶ τὰς ἐσοθῆσιν, teste Polluce, non tesserris tantum, sed etiam talis fiebat, nimirum, καὶ τὸ πλῆτον ἐσθῆσιν βαλλῶν, τοῦτερον μεθ' αὐγῆς ἅτε.

Memorat S. Ambr. lib. de Tobia, Hunnorum populos omnibus nationibus bellum inferre, tamen faneratoribus esse subiectos, & cum sine legibus vivant, solius alex. legibus obedire; in provincia ludere tessera, arma simul & aleas portare, ac plures suos, quam hostilib. id est, interire. In victoria sua captivos fieri, suorumque spolia perpeti, & cum alex. ludo totius prædæ manus amiserint, ludendi præsidia ferunt bellandi subsidio. Et addit: Denique constiuit, quòd quidam eorum & Imp. Rom. cognitus, in fide pretium servitutis, quam sibi tali sorte superatus intulerat, supplicis imperatæ mortis exolverit.

In ludo taxillorum Leon Mytilenæus victus fuit, teste Phania. Diodorus Megalopolitanus & Theoxenes de co etiam scripsere. Athen. lib. 1. Dipnosophsif.

Herculis Editus otiosus atque feriarum lusit tesserris secum, utraque manu alternante, in una constituens Herculem, in altera seipsum: sub ea conditione, ut si ipse vicisset, de stirpe templi tibi cenam pararet, amicum conduceret: si autem victoria Herculis fieret, hoc idem de pecunia sua voluptati Herculis exhiberet. Deinde cum à seipso, tanquam ab Hercule victus esset, debitam cenam & nobilissimam meretricem Accam Larentiam (quam alij Fleram fuisse putant: Verrius Flaccus Flavam cognominatam afferit) deo Herculi dedit. D. Augustin. lib. 6. Civit. Dei, c. 7.

Referit Joan. Chokier c. 20. Aphorismor. Politic. le noviferegem, qui selsqui horæ spatio, hoc lusus genere, xvi. Haurorum millia perederet.

Avartie crimen plerumque conjunctum est: nos tamen hic solum ludendi voluptatem consideramus.

ROMANI milites vestimenta Jesu Christi in quatuor partes dividere, cuique militi partem: super tunica autem inconsultili fortem misere. Martia 27. Marci 15. Lucæ 23. Joan. 19.

Paryatis Persarum regina, mater Artaxerxis, alea mixta dedita, ita ut cum filio ludens, uno jactu data opera mille Darcos amiserit. Plut. in Artaxerxe.

Hegesilochus tyrannus Rhodiis, cum principatum suum cum paucis amicorum constituisset, illi in tantum perulantia processerunt, ut vel talis ludent inter se de liberis mulieribus, dislerentque inter talorum jactum, quam urbana victus ad victor adducere deberet ad coeundum, nullam excipientes exculationem; sed quo pacto posset quis vel persuadendo, vel vim inferendo, sic ducere imperantes.

Hujusmodi aleam luserunt & alij ex Rhodiis: à persequimè id & sapius efficit Hegesilochus ipse. Athen. lib. 10. cap. 15.